Quelle: https://manuscripta.at/?ID=743
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



18

figuraret eū superato mortis auctore sede regni iam con
scendisse ꝑpetui. de qua ipse paulo post discipulis apparens
ait; Data est michi potestas in cęlo et in terra. Et euange
lista marcus; Et dns quidē inquit post quā locutus est
eis. assumptus est in cęlū. et sedet a dextris dī. Sedebat
autē sup lapidē reuolutū quo ostium monumenti clau
debatur. ut claustra inferorū sua illū uirtute deiecis
se ac superasse doceret. quatinus omis quos ibi suos in
uenisset. ad paradysi lucē requiē q; subleuaret. iuxta
illud propheticum; Tu quoq; in sanguine testamti tui
eduxisti uinctos de lacu in quo non ē aqua; Erat aspec
tus eius sicut fulgur. et uestimenta eius sicut nix.
ut ipso quoq; habitu ac uultu significaret. quia is cuius
glām resurrectionis nuntiabat et terribilis ad damnan
dū rębos. et benignus ēt ac blandus ad consolandum
electos; Infulgure enī terror timoris. in niue blandim
tum candoris exprimitur; Incuius indicīū diuinę discre
tionis ipse quoq; angelus apparet. et custodes sepulchri
impios timore ꝑterret. ac mortuorū instar terrę pro
sternit. et ministratrices eiusdē sepulchri pissimas benig
na consolatione refouet. ac ne paueant confortat.
insuper etiā familiari affatu prior ipse quia sciebat
eas ihm querere dicit; Et quia iam surrexit addit. mox
etiā ipsas honorifico ac lętissimo subditas mysterio.
gaudiū resurrectionis eius euangelizare precipit. Et
quā felices femine quę angelico docte oraculo tri
umphum resurrectionis mundo adnuntiare meruerunt.